

2.

3.

4.

5.

6.





1786

1. Bouterwek, Fridericus: De fundamentis successivis  
Germanicae tam ecclesiasticae quam feudalis et ratione  
differentiae inter successionein Germanicam et Roma-  
nam.
2. Hoffmann, Fridericus Gulielmus: Observationes quaedam juris  
et praecepta Concilii Imperialis
3. Luis, Joannes Hermannus: De natura legati generationem  
et in specie qua tempore debeantur fructus et usurae  
legati
4. Meißner, Joannes Fridericus: De eo, quod justum est  
in usuris pecuniae mutuae annuisque redditibus  
indebite solutis tum condicendis tum de sorte retrahendis
5. Meißner, Joannes Carolus Insuper: De matrimonio Po-  
nauis, in specie de confarreato. 3 Bunde. 1786-1787.
6. Kömberl, Otto Julius Johann: De cursa magistratus  
circa res prosperas



7. Boeckner, Georg Wilhelm: Über den Nutzen eines protestantischen Studiums der Kirchengeschichte nach einer Anzeige seiner Vorlesungen.
8. Schulze, Ernestus Fredericus Gustavus: De jure illius, cujus oblata pecunia cedentes tempore anteriores simulantur et l. l. C. de his, qui in prior.
9. Vogel, Joannes Gerhardus: De precario.
10. Wilkens, Francus: De lege commissoria emptoris venditoris  
1787.
1. Hirsch, Fredericus: De jure emigrationem civitatis prohibendi vel circumscripti.
2. Luthardt, Samuel Frid. de: De praescriptionis natura, fundamento et jure in statu civitatis.
3. Martens, Georg Friedrich: Versuch über die Praxis bezüglichen

positiven Europäischen Völkerrechts . . . Nicht länger  
sines in den nächsten Winter haben Lehre zu haltenden Vor-  
lesungen.

4. Martin, Theophrastus: *Lanae satura discriminum inter  
legum foederum utraque species quasdam obtinen-  
tium*

5. Oelrichs, Otto Augustus Heinrich: *Ad legem II pr. cl. § 1 D.  
de jurisdictione*

6. Schlegel, Francus Fredericus Antidlaus: *De eo, quod iustum  
est circa emigrationem civium.*

7. Wasmuth, Joh. Georg Fritzerian: *De privilegiorum natura  
generatione et in specie de modis, quibus finiantur  
vel amittantur. 2 Bant.*



*[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwriting on the adjacent page, including a red mark at the top and the letters 'B' and 'W' visible.]*





1786, 2/190 2

OBSERVATIONES QVAEDAM IVRIS  
ET PROCESSVS  
CAMERAE IMPERIALIS

---

190

QVAS  
CONSENSV ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
SVMMAE IN IVRE DIGNITATIS  
IMPETRANDAE CAUSA  
ERVEDITORVM DISQVISIONI  
DIE XVI. OCTOBRIS MDCCLXXXVI

OFFERT  
FRIDERICVS GVILIELMVS HOFMANN  
WEZLARIENSIS

---

GOETTINGAE  
Litteris IOHANN. ALBR. BARMEIERI  
ACAD. TYPOGR.







AVGVSTI  
CAMERAE IMPERII IVDICII,  
CELSISSIMO IVDICI  
ILLVSTRISSIMIS PRAESIDIBVS  
PERILLVSTRIBVS ASSESSORIBVS

HOCCE  
TVENDAE PRAESERTIM IVRISDICTIONIS CAMERALIS  
EXIGVVM LICET SPECIMEN

SACRVM ESSE CVPIIT  
TANTORVM NOMINVM

DEVOTISSIMVS CVLTOR  
FRIDERICVS GVILIELMVS HOFMANN.





AVGVSTI  
CAMERAE IMPERII IVDICI  
CELISSIMO IVDICI  
ILLVSTRISSIMIS PRAESIDIBVS  
PERILLVSTRIBVS ASSESSORIBVS

HOCC  
IURE PRAESERTIM IVDICTIONIS CAMERAE  
EXIGVAM LICET SPECIMEN  
SACRAE LEGIS CAPIT

TANTORVM NOMINVM

FRIDERICVS GVLIELMVS HORNIVS  
DEYTERIVS CANTOR



*Praefatio.*

Quantam ab instauratione Camerae imperii inde assessores, advocati et procuratores augusti huius fori in explananda ac illustranda iurisprudentia tum vniuersa, tum imprimis Camerali industriam posuere atque diligentiam, inter omnes reuera constat. Quem enim iuris scientia vel leuiter tinctum et imbutum fugiunt nomina celeberrima fratrum KOCH, MYNSINGERI, GAILII, SEILERI, BARTHII, TENNAGELII, BENDERI, DENAISII, MEICHNERI, KREBSII, LVDOLFI, L. B. de CRAMER, et de HARPPRECHT, DECKHERRI, GAMBSII, multorumque aliorum? Dolendum sane, quod facultatem assessorum, iuris studium scriptis promouendi, leges imperii recens laetae



P R A E F A T I O.

tae \*) tam arctis circumscripserint limitibus cancellisque, Nam si perillustrium assessorum de LOSSKANNT, de ALBINI, patris, et b. L. B. de RIEDESEL, de CRAMER, et de HARPPRECHT monita ad ordinationem Camerae, visitationi exhibita, si perillustri assessoris Georg. Gottl. de BALEMANN commentarios ad 5. tit. prioris partis concepti ordinationis Cameralis, et eruditissima obseruata ad conclusa visitationis peruolutaueris, tunc primum aestimare ualebis, quaenam et iurisprudencia legislatoria et positua e lucubrationibus virorum summorum, Camerae decoris, incrementa capere possit. Quodsi legislatores permitterent, relationes et rationes decidendi Camerales diulgari, et in vulgus exire, itaque, quod constitutioni iudiciorum Germaniae natium est, iure postliminii reducerent, ut iustitia quasi publicitus distribuatur, quodnam esset, quaeso, inde studio iuris, praecipue germanici publici priuatique commodum sperandum! Caliginis enim, qua legum nouiorum sanctionibus iudicia obfuscata sunt, e saeculis, quibus sapientia ab Italis et iure Romano quaerebatur, repetendam esse originem, notauit perillustri quondam Camerae assessor, hodie Arausionensis Nassouici regiminis praeses G. E. L. de PREVSCHEN \*\*). Vsquedum vero largior messis a uiris, altiori eru-

\*) Conclusum Imp. de 23. Oct. 1775. art. 27.

\*\*) in der Vorrede zum zweiten Theile des Hauptregisters über Freyherrn von Cramers saemtliche Schriften §. 15.



P R A E F A T I O.

eruditionis et dignitatis fastigio constitutis, edatur, nos ceteri aliquibus contenti sumus spicilegiis. Quumque peractis laboribus academicis, et exercitiis practicis, quibus apud virum, aeternum maximo pietatis cultu prosequendum, I. S. PÜTTERVM interfuisse, mihi gratulor, ad honores iurium doctoris aspirem, loco dissertationis inauguralis obseruationes quasdam literis mandavi, quarum themata, maximam partem e sua in archidicasterio Camerae praxi hausta, suppeditauit venerandus Parens. — Quod reliquum est, beneuolum rogo lectorem, vt ignoscat, si in hisce studiorum primitiis quaedam non ab omni parte absoluta animaduertat. Scrib. Goettingae die 10. Octob. 1786.

---

CON-



## CONSPECTVS.

---

- Obs. I. Concurrens iurisdidio summorum imperii tribunalium in quibusdam causis spectata, Pag. 1.*
- Obs. II. Ad ord. Cam. P. 2. tit. 7. §. un. P. 15.*
- Obs. III. De priuilegiis de non appellando, ac in specie de electorali Colonensi. P. 22.*
- Obs. IV. De solennibus appellationis secundum praxin hodiernam in foro Leodiensi. P. 30.*
- Obs. V. De idiomate in Camera imperii usitato. P. 32.*
- Obs. VI. De traditione possessionis solum ad effectus futuros. P. 34.*
- Obs. VII. De litis denuntiatione. P. 37.*
- Obs. VIII. Quaedam de reuisione aduersus sententias Camerales. P. 40.*
- Obs. IX. Num praescriptio quadraginta annorum litis pendentiam Cameralem perimat. P. 44.*
- Appendix sententiarum Cameralium. P. 47.*
-



*OBSERVATIO I.*

*Concurrentis iurisdictionis summorum imperii tribunalium in quibusdam causis spectata.*

Supremorum imperii tribunalium semper concurrentis praesumitur iurisdictionis: aequali enim potestate, ius dicendi a Caesare proceribusque imperii utrumque iudicium ornatum est; Camera imperialis aequae ac Senatus imperii aulici. Proinde neutri licet, facultatem in certo causarum genere iudicandi ita sibi soli vindicare, ut alterius iurisdictionis in ea causa incompetens vocari possit. Quae quidem in statu ordinario, et de regula obtinent. Sunt enim causae, quarum cognitio unice Senatui imperii aulico commissa sit. Quum vero eae exemptiones magnum iurisdictioni, qua Camera imperialis praedita est, inferant praesudicium, rationes et fundamenta eiusmodi exceptionum doceantur, necesse est, quae tamen formae ac legibus Imperii, ipsorumque Imperii iudiciorum naturae haud repugnent. Iam exaravi regulas, a quibus potissimum pendent, et decisionem capiunt contenta primi huius speciminis, in quo ego — quoniam



niam inter Doctores nondum conuenerit, quibusnam in causis Senatui imperii iurisdictio prae Camerae imperii tribuenda fit — periculum feci, disquirendi, an Camerae iurisdictio reuera exfulet, vti quibusdam visum, in causis, quae

I. concordata Nationis Germanicae cum summo Pontifice pacta, vt haec facta tecta seruentur, et nullatenus violentur,

II. quae contentiones inter episcopos et capitula puncto iurium, vi superioritatis territorialis, exercendorum, vel id genus alia,

III. quae probationem nobilitatis auitae,

IV. quae emendationem et reformationem politicam in ciuitatibus imperii immediatis, si ea de re magistratus et ciues disceptant,

V. quae denique internam ordinis immediati equestris constitutionem, attingunt.

*Nro. I. causae concordatorum Nationis Germanicae,  
quatenus de iis violatis agitur.*

Quum in comitiis anno 1495. Francofurti ad Moenum habitis hodierno a) Camerae Imperii iudicio iurisdictio-  
neris exer-

a) Diplomata enim de annis 1443 et 1471 in GVDENI Codice Diplomatico T. II. p. 486 et 1343 mentionem faciunt:

"Seiner Kaiserlichen Gnaden Cammergerichts."



exercendae ambitus delinearetur, nequaquam causae Concordatorum N. G. *b)* exceptae vel Imperatori solitarie reseruatae fuerunt. Perlustranti Ordinationis cameralis de 1495 capita, quae in recensendis causis, quas Camera cognoscat, versantur, statim apparebit, assertum hoc meum veritate niti. Id, quod in Ordinationibus cameralibus, postea promulgatis, nullibi mutatum reperies. Permulti quidem (VINCENTIVM HANZELY *c)* nominasse sufficiat) in aliam abierunt sententiam, maxime erronea capitulationis nouissimae art. XIV. interpretatione ducti. Lex quidem ista, imprimis §. IV, in Caesarem, vt sollicitus fit, ne Concordata N. G. vlllo violentur modo, curam reiicit. Inde Doctores huius aevi nouum elicere cupiunt Caesaris Reseruatum, et quum Imperator vnicus sit iurium sibi reseruatorum iudex atque interpres, decisionem controuersiarum, quae intuitu Reseruatorum istorum enascuntur, a Consilio imperii aulico petendam ratiocinantur. Ast, re penitus perspecta, opinio ea, quamuis speciosa satis, minime se mihi probauit. Finge enim, — licet Eru-diti, qui superiori aetate in re ardua defudarunt, in exhiben-

A 2

JUV da

*b)* quorum historiam exhibuit CAROL. FRID. GERSTLACHER in opere praestantissimo, cui titulus: Corpus iuris Germ. Tom II, p. I. 120,

*c)* Anleitung zur neuesten Reichshofrathspraxis Vol. I. p. 183.



da ferie iurium Caesari *d*) vel Senatui *e*) aulico referuatorum, ea de re non commemorent — finge, materiam concordatorum in numerum Referuatorum esse relatam, quid inde? Egregie reuera falluntur, qui Senatum imperii aulicum pro unico Caesareorum Referuatorum iudice reputant. Nam eos a veritate aberrare, iam inde constat, 1) quod iudicium Camerae a primis incunabilis lites, quibus de Concordatis violatis agitabatur, sententiis suis deciderit, antequam Consilium Vindobonense aequali cum Camera vi atque potestate valere ceperit. Sed accedit, 2) quod nemini, nisi Imperatori, liceat in causis Referuatorum cognoscere. Quia vero princeps ipse ius dicere, neque soleat, neque id ei liberum esse videatur *f*) causae referuatorum, quoties lis de iis movetur, ad alterutrum imperii iudicium, cui a Caesare, omnis iurisdictionis fonte *g*); administrandae iustitiae cura mandata, sunt deferendae. Actoris igitur, vt in aliis causis, arbitrio

*d*) vti *H. N. GAERTNER* dictus *HERT* in Dissertatione iuris publici: de imperatore referuatorum suorum iudice ac executore. Ienae 1732. §. VIII.

*e*) evolvatur *I. I. MOSER* von der teutschen Justizverfassung V. I. p. 394 - 417.

*f*) *III. I. CLAPROTH* in der Einleitung zum ordentlichen bürgerlichen Process, Ersten Theils, erste Abth. §. 19.

*g*) *CAPITVL. IOSEPHI II*, art. 16, §. 4.







saeculo XVI. XVII. XVIII. in causis Concordatorum pronuntiatorum apparatus, quo instructa est querela illa, quaedam addere liceat exempla e praxi recentissima prompta. Decreuit Camera 1781 A) in causa communitatis *Brouckomenfis* in patria Leodiensi contra *Decanum* et *capitulares oppidi Loffensis*, qui, quamuis ius decimas vniuersales percipiendi ipsis esset, nibilo tamen fecius ecclesiam reficere recusauerant, mandatum de non contraueniendo Concordatis N. G., hinc indilate renuntiando temerario recursui ad nuntium apostolicum Coloniensem aduersus sententiam interlocutoriam et prouisionalem sumto, nec non reponendo literas citatorias a praefato nuntio nulliter impetratas, sine clausula.

B) in causa *Reneri Timmermanns*, vti fiscalis archidiaconatus Hasbaniae in patria Leodiensi aduersus *Decanum* et *capitulum oppidi Huensis* mandatum de non contraueniendo *concordatis N. G.*, hinc renuntiando illicito recursui contra sententias interlocutorias, inspectionem turris ecclesiae parochialis *Vliermaliensis* ruinosae per peritos in arte fuscipiendam praecipientes; nec non reponendo literas citatorias a *curia Romana* nulliter impetratas — sine clausula, et cum excitatione fiscalis Caeiarei.

C) anno 1782 in causa *Lahaye* contra Nicolaum *Dambois* ceu COMMISSARIVM PAPALEM et *scabinos Leodienfes*  
 manda-



7

mandatum de non sibi arrogando causae cambialis per indices  
saeculares decifae cognitionem — et in futurum a similibus  
vsurpationibus per *Concordata N. G.* plane damnatis sese ab-  
stinendo sine clausula. — Quae quum ita sint, nequaquam ad-  
stipulari possum Hanzelyo, qui, dum causas a solo Senatu imperi-  
rii aulico priuatiue spreta omnis alius fori iurisdictione, deci-  
dendas enumerat, iis, loco supra citato, accensere non du-  
bitat „*Sachen die Beseitigung der Eingriffe des päpstlichen  
Hofes in Wahl-Beneficien-geistlichen Visitations- und andern  
dergleichen Sachen, wie auch die Entscheidung der aus den  
mit dem päpstlichen Hofe bestehenden sogenannten Concordaten  
entspringenden Streitigkeiten betreffend.*„ Quoniam vero vir  
celeberrimus e re sua non putauit, asserta sua rationibus suf-  
fulcire atque firmare, illa contrariis destruere argumentis su-  
perfedere possum.

Restat, vt moneam, **POTENTISSIMUM BORUSSIAE  
REGEM**, qui nunquam mandata Cameralia exequi asperna-  
tus est, Camerae per procuratorem, literis d. 14 Maii 1784  
scriptis, nuntiavisse, se, sententiae de exequendo in causa  
praepositurae Hansinnenfis a Camerae iudicio latae, vt mos  
geratur, curaturum, nec officio defuturum, quo ipse, vt Cir-  
euli Rhenani inferioris director obstrictus est,

*Nro.*

\*) Sententiam Camerae in hac causa in calce huius libelli exhibeo sub Nr. 1.



*Nro. II. Contentiones episcopos inter et capitula puncto iurium vi superioritatis territorialis exercendorum.*

Quod has attinet causas, Hanzely l. c. p. 183. id litium genus, nempe „1) die Handhabung der rechtmässigen den Domcapituln zustehenden Befugnisse, 2) die Eingriffe der Domcapitul in die landesherrliche Gerechtsame der Bischöffe oder Erzbischöffe,“ ad Senatum imperialem aulicum remittit. Sed iterum sine autore et lege loquitur. Camera autem imperii etiam in hac materia iurisdictionem explicare, res quaedam, vno eodemque anno eo in foro gestae, optime efficiunt. 1) Primo enim capitulum cathedrale Coloniense anno 1782 actionem, puncto iniunctae monasteriis contributionis ad reformandas ac melius dotandas scholas, reuerendissimo Archiepiscopo suo intendit; sed Camera preces eius repudiavit k). Deinde 2) cum capitulum Hildesienſe impedimenta struxisset regimini, quod iura quaedam, vi superioritatis territorialis, exercuerat, Camera sententiam d. 8. Nov. 1782. pronuntiauit, quam infra adieci sub Nro. II.

*Nro. III. Probatio nobilitatis auitae.*

Cum in Senatu imperii aulico causa capituli beatæ Mariæ virginis in capitolio Coloniae Agrippinae siti ageretur, quod

k) *Carol. Frid. HAEBERLIN* Nachrichten von bei der Reichsversammlung cet. erscheinenden Schriften, ites Stück p. 154.



quod confirmationem statuti capituli a Caesare expetierat, supremum illud iudicium in concluso *h)* d. 23. Nou. 1780 contendit, causas, nobilitatis auitae probationem respicientes, solitarie suae subesse disquisitioni, hac addita ratione: quia Caesar „*super statu nobilitatis alleiniger allerhöchster Richter im Reiche*„ esset. Consilium imperii <sup>aulicum</sup> in sua sententia perseueravit, nam conclusum nouissimum eadem in causa de 10 Dec. 1784 idem refert principium. Sed L. B. de CRAMER *m)* obseruauit, Cameram iudicasse in contrauerfiis super probanda nobilitate exortis. *n)* Rem extra omnem dubii aleam posuit lis ab Erbmannis Monasteriensibus capitulo cathedrali atque ordini equestri episcopatus Monasteriensis mota *n)*, quae anno 1706 praesertim inclaruit, dum, sententia Camerae iam decisa, postea ad reuifores, extra ordinem ab imperio ad id negotium delegatos, perferretur. Quum hi in diuersas descendissent partes, pariaque extitissent vota, sacra Caesarea Maestas ratum habuit placitum imperii de 31. Aug. 1708 *o)* quo sententia cameralis, d. 20. Oct. 1685 dicta, ratione petito-

rii

*h)* apud REUSZ Staatskanzley. Tom. 3. p. 219.

*m)* in system process. imp. §. 1108.

*n)* PÜRTER Handbuch der Reichsgeschichte. §. 355. V. §. 369.

*o)* Eiusdem Beyträge zum teutschen Staats und Fürstenrechte. P. I. p. 100. f.

B



rīi et possessorii comprabata fuit. Ita Erbmanni, qui in actis quoque iudicum delegatorum p) „veri nobiles, und Ritterbürtige gleich andern des Hochstifts Münster Rittermäßigen von Adel,, renuntiati erant, superiores discesserunt. En iurisdictionem Camerae in his causis ab vniuerso imperio et ipso Caesare in insigni hoc exemplo agnitam. Summo igitur iure Augustum hocce tribunal sequenti quoque aeuo eam in eiusmodi causis exercens, exceptiones fori declinatorias reiecit d. 16. Dec. 1768. in lite Mariae Franciscae de Scharfenstein dictae Pfeil contra abbatiam beatae Mariae virginis in capitolio Coloniae q). Ius enim euehendi ad superiores gradus ordinum personarum a) Reseruatum est Caesareum. Si vero quaeritur de nobilitate iam concessa, veluti, an nobilitas per matrimonia haud inaequalia propagata, an amissa sit, et quae sunt huius generis reliqua; vel vt breuibus disseram, si *ratione et intuitu nobilitatis* partes disceptant, tunc procul dubio iurisdictione Camerae neutiquam exclusa est. Quaedam praecudicata Camerae inuenies apud L. B. de Cramer b), quibus alia iungere, mens est. In causa Marchionis de Trazeignes Brabantini nouissime hoc prodiit decretum: „ist die gebette-

p) FABRI alte Staatskanzley. P. 15. p. 306.

q) de CRAMER Wezlar, Nebenst, P. 83. p. 130.

a) PÜTTER Instit. iuris publ. §. 237.

b) l. c. p. 137. P. 25. p. 64. P. 53. p. 83. P. 79. p. 32.



betiene attestation puncto filiationis pure — puncto probationis nobilitatis Iusti Vollrath von Bode noch zur Zeit abgeschlagen, sondern würde Supplicant den sub Nro. 1. exhibirten Adelsbrief zuvörderst in originali beybringen, solle alsdenn fernere Resolution ergehn. In Conf. 4. Sept. 1784. „Huc quoque facit decretum ad preces a barone de Mettecouen Camerae oblatas puncto probationis nobilitatis auitae: „Ist das gebettene documentum veritatis: das in Deutschland die Ehecontracte der Adlichen nur von den Hauptcontrahenten und ihreu Anuerwandten -- und gewöhnlich ohne Adhibirung eines Notarii oder andrer öffentlichen Person unterschrieben und besiegelt werden, also auch in der Ahnenprobe zum filiations- und gerichtlichen Beweifs gültig seyen, sub aquila verabfolgen zu lassen, verstattet. In Conf. 13. Mart. 1781.

*Nro. IV. Emendatio et reformatio politica ciuitatum imperii.*

Eodem subiectionis nexu ciuitates imperii Caesari ac statuum corpori iunctae sunt, quo ceterae Germanicae republicae. Idcirco in ciuitates illas Senatui imperiali aulico non plus licet, ac Camerae iudicio. Saepissime et in his negotiis tribunal hocce sententias, praesertim 1764. 1766. 1769. c) dixit, in causis consulum et Magistratum liberarum imperii ciuitatum Zellenfis et Gengenbacensis aduersus ciues et subditos

B 2

tos

c) *L. B. de CRAMER* Nebenst. P. 46. p. 80. P. 63. p. 141. P. 121. p. 142. P. 122. p. 247.



tos ciuitatum istarum. Constitutio oppidi Zellenfis a Camerae iudicio tota fere in melius reformata est. Porro super qualitate fenatoria in ciuitatibus liberis Nordhusana et Wezlarienti idem iudex 1726. 1754. 1756. et puncto praefecturae imperii in ciuitate libera Gengenbacensi *d)* d. 13. Febr. 1784. cognouit. Dein eodem anno in causa consulum ciuitatis Spirensis puncto admissionis ad dignitatem fenatoriam mandatum in Camera decretum est. Litem simili modo inter quosdam fenatores vrbs Wormatiensis contra collegium XIII. virale diremit mandato sine clausula d. 17. Iul. 1778. de non contraveniendo fundationi collegii tredecim virorum de anno 1522, cassanda potius omnia facta huic fundationi contraria et abstinendo ab omni facti via, qua iura magistratus inferioris minuuntur. Denique hoc 1786 anno summum Camerae iudicium maximo annisum est studio, vt perniciosa, quae Aquisgrani exarsit, et cuius fama per vniuersam Germaniam percrebuit, reprimatur seditio. Quum emanatum in hoc litigio mandatum S. C. d. 28. Iul. 1786 multas ob rationes dignum sit, quod memoriae prodatur, in calce libelli mei illud adieci *e)*.

Sententiae ergo Hanzelyi l. c. subscribere nequeo, qui quamuis hic praeiudicatorum Camerae cumulus contrarium fati

*d)* REVSZ Staatskanzley P. 5. p. 306.

*e)* sub Nro, III,



fatis et abunde probet, tamen sibi persuasum habet, non ad camerae forum pertinere: „*was die innere oeconomische und politische Verfassung der Reichsstädte betrifft.*„

*Nro. V. Causae equestrum ordinum immediatorum.*

Camerae iurisdictionem hac in materia fundatam esse, nulli prorsus dubio obnoxium est. Imperatori enim soli, quod in obseruatione II. pluribus explanabo, ob legem in O. C. P. 2. tit. 7. §. vn. scriptam, in causis feudorum imperii maiorum cognitio est. Vnde infero, si de feudis imperii minoribus, veluti bonis immediatorum equitum vel aliis terris, quae superioritatem territorialem connexam haud habent, quaestio nata est, partes Camerae oraculum omnino petere possunt. In his causis Camera functa est munere, cum saepissime lites equitum immediatorum imperii, v. c. si de tributis colligendis quaereretur, in iudicium suum vocauerit. Testis eius rei est grauis sententia d. 24. Oct. 1760 in causa Domini Comitis de Hsenburg Büdingen contra ordinem equestrem immediatum *Rhenanum*, quae decidendi rationibus insignita est a iudicibus. Monendum enim est, supremum hoc iudicium per raro decidendi rationes in sententiis exhibere, nisi in tuenda sua iurisdictione versetur. Vindicauit sibi quidem Consilium imperii aulicum in concluso d. 19. Aug. 1760 cognitionem in causa ista ordinis equestris Rhenani, quia hinc iurisdictione eius ante  
occu-



occupata erat, non eo ex principio: quia iuris dicendi potestas Camerae in hoc causarum genere non competeret. Decreuit ea 1773 in causa ordinis equestris immediati *Rhönwerrensis* in Franconia contra collegium equestre *Buchonicum* mandatum de praestandis oneribus publicis; et praeterea eodem anno easdem inter partes aliud mandatum cassatorium et inhibitorium — *soviel die Consulantenbestellung betrifft* sine — quoad reliquum vero cum clausula, et citationem ad videndum se condemnari in poenam ordinationi equestri et confirmationi Caesareae insertam. Causa utrimque acriter in scriptis iudicialibus, pro parte typis impressis, disceptata fuit; et cum aliae quaedam contentiones ordinum istorum equestrium ad Consilium aulicum delatae fuerint, tamen supremum hoc iudicium tantum abfuit, ut iurisdictionem Camerae ea in lite in dubium vocaret, quin potius varia capita istius litis ad Cameram, tamquam forum praeventum, remitteret. In causa Adolphi Francisci de Dalberg contra *den Curatel Assistenten Schrey*, mandati de non ulterius contraueniendo ordinationibus cameralibus, nobilem quemdam imperii immediatum per sententiam d. 28. Iun. 1776. prodigum iudicauit Camera.

In eodem iudicio communitas Wilhermsdorf, cum quæsta esset, quod ipsi a domino pagi, nomine ordinis equestris immediati Altmühlensis, nullo autem eius interueniente mandato, tributa imperarentur, 20. Apr. 1785. repulsam quidem



dem tulit; ast Camera simul ordinem equestrem Altmühl increpauit: *daß er dieses Kaiserlichen Cammergerichts iurisdiction in dieser Sache zu bezweifeln, sich nicht entsehn.* „

*OBSERVATIO II.*

*Ad ord. Cam. P. 2. tit. 7. §. vn.*

VINC. HANZELY f) Consilii aulici notioni committit causas, quae feuda imperii maiora, siue integra, siue partes eorum, tam in possessorio, quam petitorio, concernunt. Repetere nolo, quae super hac Iureconsultorum cruce disputantur g). Quaestio est de interpretatione decantatissimi tituli septimi partis II. Ord. cam., qui, vti constat, ex ordinatione regimenti in ordinationem cameralem migravit. Hanzely ex ea lege colligit, Senatum aulicum vicem iudicii feudalis explere, in quo omnes causae feudales imperii indistincte essent ventilandae. Isti vero opinioni non solum mens, ratio et historia huius legis obuersatur, sed et constans ac perpetua obseruantia. Imperator enim in ea lege sibi stipulatus est, vt ipsi ius sit, quoties de dominio cet. feudi imperii maioris lis esset, iudicandi. Ast absolum foret, exinde argumentum ducere, quasi hoc ipso omnes causae feudorum imperii tantummodo in Iudicio aulico tractandae essent; quum nequidem ante pacem Westphalicam Imperatori, nisi principum iudicium adhibitum

fit

f) l. c. p. 173.

g) PÜTTERI epitome processus imp. 1786. §. 356. TAFINGER instit. iurisp. cam. Sect. 3. §. 401. 402.



fit, istius modi lites sententia terminare licuisset \*). Per pacem vero Westphalicam cum Caesaris arbitrio permiffum fit, an principum iudicium consulere velit, nec ne, iudicium istud paullatim de more deceffit \*\*) Quo contigit, vt Imperator ius, de feudis imperii maioribus iudicandi, solus exercere possit, cum antea principes in consilium vocandi essent. Imperator autem in causis Reseruatorum; vti iam supra retuli, in Camera non minus ius dicere potest, quam in Senatu aulico. Quid enim mihi videatur de feudis imperii minoribus, iam iam patet ex iis, quae in obseruatione praecedente dixi. Quid vero ad feuda imperii maiora attinet, ego quidem credo, si de iis agitur *gänzlich und endlich*, Consilium aulicum ipsis iudicem esse constitutum, minime vero ob O. C. Part. II. Tit. 7. sed ex delegatione Imperatoris †). Si igitur *causae feudales contentiosae iurisdictionis occurrunt, quae ad Imperatorem praecise non sunt deferendae; tunc utrumque imperii forum aequae competens est.* Senatus enim aulici, cum principum iudicii vices non subierit, nec plus iuris in feuda imperii vnquam ipsi concessum sit, atque, sicuti Camera, titulo illo septimo obligetur, in hac materia melior non est conditio ac

\*) PÜTTER Entwicklung der heutigen Staatsverfassung des teutschen Reichs Goettingen 1786. V. I. p. 211. V. 2. p. 22.

\*\*) PÜTTER l. c. V. 2. p. 112.

†) ORD. CONS. AVL. d. 16. Mart. 1654. Tit. II. §. 2. *Corp. iur. publ.* p. 907.



ac Camerae, cui etiam vniuersum imperium iurisdictionem in causis feudorum imperii, positis terminis habilibus, asseruit potius quam negauit. Aliquot exemplis id probandum est. Cum in eo esset, vt lex illa (O. C. Lib. 2. Tit. 7.) conderetur, optimates imperii sibi pacti sunt: „die Sachen, so Herzogthumm, Fürstenthumm und Graffschaft belangen, soll Kaiserlicher Majestät vorbehalten werden, darinn sich auch das Reichsregiment nicht schlagen soll, doch vorbehaltend dem Reich und der Cammer des Reichs die andern Sachen, den dies sonderlich vorbehalten kein Nachtheil gebähren soll h).“ Haec ordines imperii. Imperator contra respondit: „wo auch Sachen vorfielen, die fürstliche Ehre und Würde, desgleichen Fürstenthumm, Graffschaften, und Herrschaften, so von Kaiserlichen Majestät, und dem heiligen Reich zu Lehn rühren, darum einer den andern ansprechen wollte, darinn behalt Kaiserliche Majestät bevor, dieselbe Sachen vor Ihro Majestät zu rechtfertigen, oder Ihrer Majestät Statthaltern und Regiment im Reiche, oder dem *Cammergericht zu empfehlen i).*“

Cum

h) L. B. de HARPPRECHT im Staatsarchiv des Cammergerichts, P. I. p. 91. §. 161. P. 3. p. 95. P. 4. Sect. 2. p. 21. f, et in documentis sub Nro. CCCVIII., CCCIX, CCCX.

i) Idem l. c. P. 5. p. 24.

C



Cum sub initium huius saeculi ageretur de quadrante comitatus Saynensis Hachenburgici, vniuersum S. R. Imperium sanxit in communi consilio d. 7. Oct. 1709.: „dass die Sache von Salmischer Seite selbst beim Cammergericht angebracht -- citatio 1695 erkannt -- daselbst endlich durch die Kirchbergische litiscontestation rechtshängig gemacht, und also beim kaiserlichen Reichshofrath nicht angebracht werden könne, also dieselbe an das Kaiserliche Reichscammergericht, wo sie *anfänglich rechtshängig* gewesen, zu verweisen, und die Parteyen mit Process und doppelten schwehren Kosten wider die Reichslazungen (§. 166 des Reichsabfeh. von 1654) nicht zu fatigiren, sondern an obbemeldtem Cammergericht die Sache abzurtheilen, mithin die vom Reichshofrath demandirte execution bis dahin, und zwar absonderlich bis zu der von Kaiserlicher Maiestät und dem Reich auf erstattendes Gutachten der zu Wezlar anwesenden Visitationsdeputation erfolgenden interpretation der Cammergerichtsordnung Th. 2. tit. 7., zu fistiren k).“ — Malo vt medeat, quod ex hac iurisdictionum collisione redundat in partes, saepius coniunctis al-laborarunt status viribus ac studiis. In mandato, quod visitatio Camerae d. 15. Aug. 1706. ab imperio acceperat, art. XXII. dispositum fuit: „demnach auch die höchsten Reichsgerichte bisher in unterschiedlichen Sachen, sonderlich

k) FABRI alte Staatskanzley. P. 15. p. 442.



lich ratione litispendingiae, auch wegen der cognition der Fürstenthümer, Graf- und Herrschaften, und dergleichen collidirt, darüber unter Ihro Kaiserlichen Maieftät allerhöchsten Namen mandata gegen mandata ergangen, die Parteyen leiden, die Processë immortal werden, und diejenigen, so ungerechte Sachen haben, davon ungeziemend zu profitiren suchen, so hätten die Deputati beiderseitige momenta gegeneinander zu halten und an Kaiserliche Majestät und das Reich ein Gutachten abzufassen, wie solcher Zwistigkeit und daraus entstehenden Uebel künftig zu begegnen.,,

Eodem mandato nouissima quoque uisitatio, quae ab anno 1767-1776 per spatium nouem annorum Wezlariae floruit, instructa erat. Nihilo tamen fecius consilia, quomodo haec lis summorum imperii tribunalium dirimenda sit, nunquam exposuere uisitatores, licet in concluso imperii d. 23. Oct. 1775. artic. 28. iterata vice interpellati. Denique in literis collegialibus d. 14. Febr. 1742 Caesarem, Carolum VII. rogarunt Electores: vt causam hanc in Comitibus imperii vniuersalibus proponat, et Senatum aulicum omni interpretatione interdicat, qua hactenus pro suo arbitratu legem supra memoratam explicare solitus esset.

Iam enarraui, quae ordines imperii hac de resentiunt. Interea dum res, a legislatore nondum decisa haeret 1), Camera

C 2

ius

1) illustris viri, G. L. BÖHMERS principia iuris feudalis §. 474.



ius suum defendit in literis ad Imperatorem d. 3. Iul. 1703. et Comitibus imperii vniuersalia d. 26. Iul. 1703. aduersus conclusum Senatus aulici *m*) d. 28. Febr. 1703 in causa Comitum de Solms contra Comitem de Bentheim puncto comitatus Tecklenburgensis, et Dynastiae Rhedanae. In aliis quoque causis Camera, quoties libertatem eius in causis feudorum iudicandi cohibere Senatus aulicus tentauerit, strenue obstitit, ac ius dixit hucusque, si de feudi imperii maioris parte, aut de possessorio, aut de feudo imperii minori, vel maiori quidem, sed magnam partem allodiis intermixto, quaestio esset *n*). Cuius rei exempla quaedam afferre lubet. In causa Principis de Hornes contra Episcopum Leodiensem puncto comitatus S. R. I. Hornensis, quem Episcopus Leodiensis ab anno 1614 possedit, Camera decreuit citationem ad videndum vindicari feudum auitum stemmaticum, Horn dictum *o*). Litem vero suscipere recusauit Princeps Leodiensis, quia haec causa ad Iudicii aulici forum spectaret. Controuersia puncto iurisdictionis nec dum est sublata.

Cum Nassouiae Comes ageret contra Ducem Lotharingicum, qui contenderat, sibi dominium competere in comitatibus

*m*) MOSER in merkwürdigen R. H. R. conclusis T. I. p. 400.

*n*) quod testantur perillustrium Assessorum de ALBINI et de CRAMER obseruata ad Conc. Ord. Cant. P. 2. tit. 7.

*o*) quaedam de illustri hac controuersia monuit A. F. BÜSCHING in der Erdbeschreibung T. 3. P. 1. 1771. p. 761.



tatum Sarwerden, Camera adiudicavit Duci per definituami d. 7. Jul. 1629. „die in der Graffschaft Sarwerden begriffene Burgk und Stadt Sarwerden, benebst der Stadt Bockenheim und dem Hof Wieberweiler.“ At quum Dux Lotharingiae sententiam Cameralem propria autoritate atque manu militari exequi non dubitaret, quid, quod? se toto comitatu potiturum minaretur, Camera d. 2. Aug. 1629. decreuit mandatum poenale de restituendo, item de relaxando, abducendo milite et amplius non offendendo S. C. annexa citatione solita.

Denique Camerae iudicium, quippe quod in lite, inter Comitem de Solms contra Comitem de Tecklenburg praeuentum, in sententia d. 20. Sept. 1702 iussit Doctorem Mueg: „ohnerheblichen Einwendens ohngehindert, glaubliche Anzeige zu thun, das denen ausgegangen -- verkündt und reproducirten Kaiserlichen mandatis *mit würcklicher Cassation und Aufhebung der am kaiserlichen Reichshofrath erschlichenen citation und processen* -- gehorsamlich gelebet.“



## OBSERVATIO III.

*De priuilegijs de non appellando, ac in specie de electorali  
Colonienfi.*

Sacri Romani imperi Principes Electores ius de non appellando ex aurea bulla cap. 8. p) et cap. 11. q) sibi vindicare, notum est. Complures autem iuris publici doctores r), ex aurea bulla priuilegia de non appellando Electorum originem trahere, iure meritoque negant. Ab eo enim abhinc tempore, quo aurea bulla condita fuit, iudiciorum in Germania facies atque status ita inuersus et mutatus est, vt Carolus IV. omnino de tribuendis priuilegijs de non appellando cogitare non potuerit. Propterea cuncti Electores fatius duxerunt, specialibus sibi prospicere priuilegijs. Singulare tamen quoddam in priuilegio de non appellando Electoris et Ducum Saxoniae de 1560 deprehendi; in illo enim Imperator perhibet: se confirmasse Electori et Ducibus Saxoniae „solche Gerechtigkeit des Nichtappellirens, immassen sie solche hergebracht, et quoniam vigore aureae bullae, peranti- quae obseruantiae, hominis memoriam longe excedentis, atque priuilegij de non euocando a Caesare Sigismundo impe- trati, nemo vnquam ausus fuisset, a sententia in Saxoniam lata  
ad

p) SCHMAVSZ Corpus iuris publ. Germ. Lips. 1774. p. 26.

q) Idem p. 28.

r) I. S. PÜTTER epitome proc. imp. §. 180.



ad iudicem extra Saxoniam, iurisque Saxonici non peritum, prouocare s.)

Si status imperii, qui ab Imperatore priuilegio de non appellando ornatus est, iure nunc sibi quaesito vti cupit, Camera imperii de ea re certio rem reddat, eique copiam priuilegii, in Originali exhibendi, faciat; alias Camera rationem priuilegii minime habet, nec processus appellationis decernere, nec alios iurisdictionis actus in subditos eius principis exercere definit *t*). Idem intuitu recessuum imperii in vsu obtinet; prius enim quam hi insinuati sint, Camera non tenetur *u*). Priuilegio de non appellando insinuato, tabulae eius, a lectoribus transcriptae, in conclauis, in quod congregantur iudices, parietibus affixae asseruantur *v*), et subditi Principis, ad Camera prouocantes, a limine iudicii repelluntur *w*).

Quibus praefructis, quaedam de priuilegio de non appellando Archiepiscopi atque Electoris Colonien sis monebo. Is  
Ade-

s) constituti iudicii Cameralis Elector Saxoniae auctoritatem et potestatem sub conditione tantum et ad tempus agnouerat. F. D. HAE-  
BERLIN deutsche Reichsgeschichte. V. 9 p. 245.

t) C. O. C. Parte II. Tit. XXXI. §. 12. 13. *Corp. iur. publ.* p. 570.

u) I. H. BÖHMER introd. in ius Digest. Lib. I. Tit. 3. §. 12.

v) R. I. de 1654 §. CXI. *Corp. iur. publ.* p. 993.

w) R. V. 1713. §. 9. *Corp. iur. publ.* p. 1149.



adeptus est anno 1570 1) priuilegium de non appellando in causis momentaneaе possessionis, vbi petitorium reseruatum; 2) ius ei concessum est exigendi, vt summa appellabilis 500 florenos superet, 3) vt appellans cautionem omnium bonorum iudicatum solui, in casum si succubuerit, appellato praestet. In priuilegio vltiori de 1613 summa ista aucta est ad 1000 florenos aureos seu 2000 florenos Rhenenses x). Denique Imperator Ferdinandus III. d. 20. Apr. 1653 concessit Electori Maximiliano Henrico priuilegium de non appellando illimitatum, „*iedoch ausgenommen in causis denegatae iustitiae*„ quia Elector promiserat: „*die Erzstiftlichen Gerichte nothdürftiglich zu besetzen, auch ein ordentliches iudicium reuisorium, wohin die Parteyen von den andern Gerichten sich berufen möchten, bestellen wolle.*„ Cuius priuilegii autographum Camerae imperiali d. 17. Oct. 1653 oblatum et per sententiam de 13. Dec. eiusdem anni pro insinuato acceptatum est.

Quum autem ordines prouinciales hoc priuilegium aegre ferrent, Elector declarauit in Comitibus prouincialibus d. 15. Mai. 1655.: „*Seine Churfürstliche Durchlaucht können geschehen lassen, das bis man sehe, ob des Landes Nothdurft und Nutzen ein andres fodre, die Appellationen im petitorium durchgehends salua summa (1000 florenorum aureorum, hactenus*

x) L. B. de CRAMER Nebenstunden, T. 59. p. 81. T. 85. p. 146.



*nus sine interruptione obseruata, ihren ungehinderten Lauf (an die höchsten Reichsgerichte) behalten, im possessorium aber allerdings verboten bleiben. „ y)*

Ab hoc inde tempore appellationes in causis petitoriis, summam 1000 florenorum anreorum superantibus ad suprema imperii dicasteria nullo praepeditae sunt modo. Sed serenissimus Elector Colonienfis, hodie gloriose regnans, hoc ipso anno cum ordinibus prouincialibus archiepiscopatus Colonienfis et ducatus Westphaliae und der Veste Recklinghausen conuenit, de recipiendis omnibus appellationibus in iudicio reuiforio, vnice his negotiis vacaturo, et recens instaurato. Rogauit igitur Elector in literis ad Cameram d. 5. Iun. 1786. „*Künftighin nach Maafzgabe der güldenen Bulle keine Appellationen von denen durch Unsere Gerichte erlassenen Urteeln oder Decreten anzunehmen. Da Wir Uns aber in Sachen, die Uns betreffen, nach der Unsern treuehorsaamsten Landständen gegebenen Zusage einige Beschrackung haben gefallen lassen, so sind diese in der hier begehenden Reuifionsordnung deutlich ausgedrückt worden.*„ Ad has literas, quibus ordinatio iudicii reuiforii

- y) Rechtliche Prüfung der Kurkölnischen Appellationsprivilegien und der dabey erforderlichen Feyerlichkeiten in Rückficht der beim Kaiserlichen Reichscammergerichte anhängigen Appellationsprocesse. Wezlar, 1785. pag. 32 - 42.



viforii iuncta erat, in Camera imperiali per supplicationem d. 10. Iun. 1786 exhibitas, decreto consilii pleni d. 20. eiusdem mensis ad iudicium remissas et d. 21. iudicialiter reproductas, denique d. 23. Iun. 1786. haec publicata est sententia:

*In Sachen privilegii de non appellando wegen Herrn Maximilian Franz, Erzbischoffen und Churfürsten zu Cölln: Ist die durch Dr. Greß respectiue unterm 10ten und 21ten laufenden Monats uebergebene und producirtete Anzeige samt Anlagen, jedoch vorbehaltlich des heiligen römischen Reichs Ober- und Gerechtigkeits sowohl überhaupt, als was insbesondere die mit uebergebene Revisionsgerichtsordnung vom dritten ersagten Monats, puncto exemptionis fori austragalis ac cameraris, vt et cautionis appellatoriae tit. 2do. §. 8. 9. 10. betrifft, auch jedermänniglichen Interesse und Einrede dagegen jederzeit vorzubringen, so viel Recht, hiemit angenommen und dergestalt darüber nothdürftige Urkunde erkannt. „*

Articulorum ordinationis iudicii reuiforii, in illa sententia memoratorum haec est summa:

*„Tit. 2. Welche Sachen an das Revisorium gelangen können.*

§. 8.



## §. 7.

Nachdem durch Einführung des privilegii illimitati de non appellando vermöge der güldenen Bulle alle appellationes von den Churcöllnischen Gerichten an die höchsten Reichsgerichte aufhören, so soll künftig in allen Sachen, welche biszher an die Reichsgerichte gebracht werden konnten, an das Revisorium appellirt werden.

## §. 8.

Hiervon werden ausgenommen dieienigen Sachen, welche Uns selbst betreffen, petitorisch oder in possessorio ordinario befangen sind, und über 1000 Goldgulden betragen; in diesen Fällen hat der bei dem Churfürstlichen Hofrath unterliegende Theil freye Wahl sich entweder an die höchsten Reichsgerichte, oder an das Churfürstliche Revisorium als die letzte Instanz zu wenden.

## §. 9.

Wählt er in den vorausgesetzten Fällen die höchsten Reichsgerichte, so hat er dort die Caution, wie sie vor dem Edict vom 11ten Jun. 1785 z) üblich war, zu leisten.

D 2

## §. 10.

z) hoc edictum fringebat magis cautionem appellatoriam ab appellante secundum privilegium de 1570 supra memoratum appellato praestandam, adeo ut coram omnibus iudiciis, ubi appellans bona sua habeat, pro cuiusvis iudicii more explicari debeat.



## §. 10.

In causis possessorii summarissimi et summarii und petitorischen Sachen, die weniger als 1000 Goldgulden betragen, und *Uns selbst betreffen*, können Wir nur bey Unserm Hofrath belangt, und kann von diesem nur an das Revisorium appellirt werden.,

Clausulae illae saluatoriae sententiae camerali insertae procul dubio ita sunt interpretandae: 1) ordinibus prouincialibus vel aliis subditis, item vassallis, si petitorie agunt aduersus Electorem, siue qua dominum territorialem, siue qua dominum directum, permixtum est, qualiscunque sit summa in litem deducenda, eum super constitutione iudicii austraegalis vel parium curiae, vbi hoc in vsu est, requirere, sique iustitia austraegalis protrahatur vel denegetur, causam ad suprema imperii iudicia deferre, vel ad ea prouocare a sententia iudicii austraegalis vel parium curiae. 2) In causis possessoriis aduersus Archiepiscopum, ita comparatis, vt mandatum sine clausula secundum imperii constitutiones decerni possit, iurisdictioni supremorum imperii tribunalium in prima iam instantia fundata est. 3) cautio appellatoria priuilegio Colonienfi ad certam summam et causas petitoriales limitato de 1570 introducta, exoleuit priuilegio illimitato de non appellando de anno 1653.

Sententia cameralis d. 23. Iun. 1786, qua clausulae hae continentur, mire conspirat cum conclusio Iudicii imperialis

au-



aulici d. 6. Mart. 1769 puncto priuilegii illimitati die *sämtlichen Churpälzische Lande mit Inbegriff des Herzogthums Zweybrücken betreffend*: „denen (Jülich und Bergischen) Landständen zu eröffnen, daß das priuilegium illimitatum de non appellando in keinen andern causis und Geschäften, als welche inter priuatos oder zwischen oder gegen die Landstände, als Unterthanen und Einwohner zu decidiren sind, gebraucht werden solle. „a)

Caeterum dubitare non licet, appellationes, quae priusquam priuilegium de non appellando Camerae imperii innuatum et per sententiam d. 23. Iun. 1786. pro insinuato acceptatum fuerit, in Camera a subditis Colonienfibus interpositae sunt, ibidem recipi potuisse b). Quam ob causam decreti sunt processus appellationis in causis Colonienfibus *der Gebrüder von Alten wider Grafen von Wieser d. 12. Maii 1786. et Gemeiner wider Cousin Dauzebec d. 24. Iul. 1786.* Prono inde fluit alueo, earundem causarum decisionem in eodem iudicio esse expectandam.

a) MOSER deutsche Justizverfassung, V. 2. p. 1022.

b) REVSZ teutsche Staatskanzley, T. I. p. 173. MEYVUS P. 2. d. 146.



## OBSERVATIO IV.

*De solemnibus appellationis secundum praxin hodiernam in foro Leodiensi.*

Beatus de Ludolf c) refert, appellationes a Consilio ordinario Leodiensi ad suprema imperii tribunalia interponendas esse coram ipso Consilio ordinario, ibidemque cautionem idoneam de fructibus, expensis, damnis et interesse aduersario in euentum, si causa ceciderit appellans, refundendis, esse offerendam.

Hodie vero res longe aliter in foro Leodiensi se habet. Diuersa enim solemnia circa appellationum interpositionem ibi vsu seruantur. Quanam? optime docet attestatum Consilii ordinarii d. 25. Sept. 1784. Illud enim asseuerat „quod, dum agitur de interponendo appellationes aduersus sententias Consilii ordinarii ad Sacram Caesaream Maiestatem eiusque suprema imperii tribunalia, fuerit et sit moris ac quotidianae praxis, vt partes appellare volentes, ab vno notario requisito et duobus testibus comitatae, senatum Leodiensem aulicum sine ibi appellationem interponendi, iuramentum et alia quaeuis solemnia praestandi accedentes, suam appellationem (dum congregatus non reperitur Senatus Leodiensis, qui non nisi ad lites diiudicandum et propositiones audiendum congregari solet)

c) in catalogo priuilegiorum de non appellando. Classe III. p. 29. in eius comment. iur. cam.



folet) ad ianuam dicti Consilii ordinarii interponant, iuramentumque cum cautione et aliis formalibus praestent coram ipso notario Caesareo et testibus *d)* citra ulteriorem formalitatem, salvo, quod interdum contingit, vt, haud congregato Consilio, insuper et superabunde accedatur iudicum alteruter in sua domo, vbi eiusmodi appellatio perinde ac in loco iudicii aut ad eius ianuam, si clausa reperiatur, interponitur, eiusque solemnities obseruantur, siue appellationi deferatur, siue non: eiusmodi appellationes ita interpositae, dummodo earum insinuatio cum actorum requisitione intra triginta dies ab interpositione opportune Consilio vel actuariatui fiat, saluisque casibus, quibus per privilegia prohibitum est, pro validis acceptantur a iudicio isto.,

Camera, imperialis non pro noua hac consuetudine, sed secundum regulam a beato de Ludolf traditam arbitrata est, cum in causa Leodiensi Comitis de Groesbeck contra magistratum oppidi Cuuiniensis, puncto recipiendae aduersus sententiam Consilii ordinarii appellationis, sequens dixisset decretum praelocutorium: „adhuc denegamus; sed quatenus pars appellans, solemnities in loco iudicii coram deputatis praestita esse, intra terminum duorum mensium, quem eum in finem praefigimus, docuerit, fiet porro, quod iuris. In Consilio

*d)* de MEAN obseruat. Tom. V. obs. 690 (edit. de 1741.)



filio. 20. Sept. 1784., Postea vero quam appellans, se nulla, quae pro hodierna curiae Leodiensis consuetudine requiruntur, praetermississe solemnia, probasset; — id, quod testimonio illo Consilii ordinarii Leodiensis magis firmatum fuit — Camera precibus appellantis cessit, et hoc prodiit decretum: „ad haec et priora narrata petitos appellationis processus deernimus, fatalia a dato ad duos menses prorogantes. In Consilio 28. Sept. 1784.,

### OBSERVATIO V.

#### *De idiomate, in Camera imperii usitato.*

Neminem fugit, acta in Camerae iudicio non nisi vernaculo vel latino sermone conscribi. Nulli alii linguae in hoc augusto foro locus relictus est. Idem in more positum est non solum in Comitii imperii vniuersalibus e), sed etiam in Consilio aulico f). Tum demum in Camera linguae latinae vsus obtinet, si causae Brixienfes, Tridentinae, Leodienses, vel Stabuletenfes occurrunt; tunc, quae idiomate italico vel gallico conscripta erant acta, per peritos, publica autoritate

con-

e) SCHMAVSZ Corp. iur. publ. p. 1271. 1272. et. illustr. I. C. GATTERER de epocha lingua theotifcae in publicis imp. constitut. in comment. Soc. scient. Gütting. de 1780. V. III.

f) Corp. iur. publ. p. 1270. VINC. HANZELY Anleit. zur neuesten R. H. R. praxis. V. I. p. 238.



constitutos latine reddenda sunt g). Si vero praemium immodicum istius laboris vel quoque pro edendis actis exigitur, quo per ambages ab appellando deterreantur partes, Camerae ius est moderandi sportulas, vel imperandi, vt acta edantur et iura conscriptionis interim annotentur. Nouissimum eius rei exemplum praebet sententia d. 12. Maii 1786. in causa Leodiensi Lamotte contra Doncel h).

Quodsi causa principem Episcopum Leodiensem respiciens ad Cameraam deferatur, tunc non in lingua latina, sed germanica orandam placuit Camerae anno 1762 in lite principem Leodiensem inter et Hornensem, teste sententia d. 1. Febr. 1762., *ist das durch Lt. Blavier beschehene Begehren, den Process in lateinischer Sprache führen zu dürfen, abgeschlagen.*, Sed memini, causam ordinis equestris Leodiensis aduersus principem Leodiensem, puncto taxae sic dictae nobilis, lingua latina in Camera imperii fuisse discussam, ibique 1780 decisam. Nuperrime causa principis Episcopi Leodiensis contra Natalem Levoz, mandati de praestando debitam obedientiam anno 1785 decreti, eodem sermone pertractata est.

## OBSER-

g) C. O. C. P. 2. Tit. 34. §. 6. de LVDOLF. Obf. 3.

h) add. O. C. 1521. Tit. 24. §. 3. Tit. 29. Tit. 34. §. 8. 9. 10. Taxam sportularum pro copia et translatione actorum priorum d. 1585. vide in Corpore iuris Camer. 1724. p. 427.



## OBSERVATIO VI.

*De traditione possessionis solum ad effectus futuros.*

Ambigitur inter Eruditos *i*): num possessio ea lege tradi possit, ne contra tradentem, dum vivit, exerceatur? — Ego assensum absque vlla dubitatione affirmanti praebeo sententiae. Traditio ista est conditionata, in qua nihil monstrofi animadverti: tradens enim ius rem eandem simul et in solidum secum possidendi non concedit accipienti — quod quidem aperte iuri scripto et sanae contrarium foret rationi: nam plures eandem rem in solidum possidere nequeunt *k*) eodem modo, bene vero diuerso, v. g. alter possidere potest rem mentaliter, alter solo corpore *l*) — nec tradens ad communionem bonorum suorum hoc facto accipientem adscribere intendit. Possessio in hoc articulo tantum constituitur sub conditione, vt iura, ex traditione accipienti oriunda, effectum demum sortiantur a momento mortis eius, qui tradit. Nec traditionem illam in iure nostro reprobata inuenies. Extant enim argumenta in legibus Romanis, quae docent, traditiones, quae sub conditione perficiuntur, Romanos non latuisse. Vnum tantum ponam exemplum, quod descriptum est in l. 38. §. 1. D. de adq. vel am.

*i*) illustris G. L. BÖHMER princ. iur. feud. 1782. §. 346.

*k*) l. 3. §. 5. de adq. vel am, poss. — S. de COCCREII ius ciu. controu. L. 41. T. 2. qu. 4.

*l*) l. 3. §. 7. eod, tit.



am. poss. Verba legis haec sunt: „si quis possessionem fundi ita tradiderit, vt ita demum cedere ea dicat, si ipsius fundus esset: non videtur possessio tradita, si fundus alienus sit. Hoc amplius existimandum est, *possessiones sub conditione tradi posse, sicut res sub conditione traduntur, neque aliter accipientis fiunt, quam conditio extiterit.* „ Quo tradendi modo vtuntur, qui, praepremis illustres, post mortem possessionis commodum securum heredi reddere student aduersus conatus eorum, qui eadem iura in hereditatem sibi arrogant, et qui metuuntur, ne possessionem vi vel alio modo iniusto arripiant. Egregium possessionis in casum mortis occupatae proferam exemplum. Cum ante elapsos aliquot abhinc annos Electoris Brunsvico Lüneburgensis ad Comitata imperii vniuersalia ablegatus Ratisbonam peteret, in itinere comitatum Sayn Altenkirchen transiit, et consentiente Marchione Brandenburg Onoldino terrae istius possessionem ingressus est, nomine atque mandato Electoris Brunsvico Lüneburgici, cui dominium comitatus obtinget, si Marchio Onoldinus, fofole haud procreata, vita decesserit.

Quam cautelam iure niti, nemini dubium erit, qui verborum legis 38. cit. vim atque potestatem perpendit. Annuunt vt plurimum, caeteris paribus, iudicia imperia summa salutari huic consilio, ac mandata, ne partes casu mortis existente ad arma provolent, decernere solent in fauorem possidentium, ita tamen,



vt alteri parti liberum fit in processu ordinario ius suum profequi. — Tale decretum est mandatum in lite, ante obitum vltimi Comitis Hanouici, in Camera imperii coepta et decisa HefsenDarmstadt *wider Churpfalz, den zur Graffschafft Hanau gehörigen von Churpfalz lehrührigen Flecken Schaafheim betreffend m*). — Huc faciunt quoque conclusa Consilii imperii aulici de anno 1784 et seq. in causa successioneis futurae Saynensis Hachenburgicae n). — Porro in causa Franc. Guil. de Kametzky anno 1756 cessionem et possessionis traditionem euentualem confirmavit Camera imperii. — Anno 1774 nobilis S. R. I. immediatus de Steincallenfels heredi suo testamentario L. B. de Hunoltstein compossessionem omnium bonorum et in subditos suos condominium symbolice et hac sub lege tradiderat, ne iura ex traditione quaesita contra ipsum tradentem exerceantur, et traditio solitariam possessionem accipienti a momento mortis dantis primum tribuat. Causa ad Cameram delata decretum emanauit: „*Ist die gebettene Confirmation und Manutenez vna cum literis patentibus erkannt und darüber nothdürftige Urkunde verstatet*. In Consilio. 14. Apr. 1774.„ Deinde mandatum quoque de incontinenti reponendo patentes Caesareas ad locum vnde sine clausula ad implorationem L. B. de Hunoltstein aduersus Principem Salm Kirburgensem d. 10. Oct. 1774. decretum est.

m) de LVDOLF obl. 358. GYLMANN Tom. 3. quaest. iur. controu. rubrica: mandata in Camera futuros casus respicientia.

n) REVSZ Staatskanzley T. 10. p. 202, T. 11. p. 146.



## OBSERVATIO VII.

*De litis denuntiatione.*

Litis denuntiatio est actus, quo de lite mihi rei evincendae gratia mota eum certiozem reddo, a quo rem illam iusto titulo accepi, ut mihi assistat. Differt igitur ab actione ad praestandum interesse, quae re evicta in foro denuntiati ordinario, primaque eius instantia in separato instituitur *o*). Litis denuntiatione secundum ordinem iudiciarium communem denuntiatius praecise non adstringitur, in iudicio adesse, et denuntianti suppetias ferre, nisi in specie id promiserit *p*); denuntiatio enim fit tantummodo notitiae causa. Quod ad tempus, intra quod peragenda, de iure Romano illa fiat tempestive et mature, id est, priusquam iudicium accipiatur *q*), non prope ipsam condemnationem *r*). In praxi tamen admittitur etiam in appellationis instantia *s*). Camerae observantia autem multis modis recedit a praxi ista, et iure communi. In eo enim iudicio litis denuntiatio non adhibetur nudae notitiae causa, sed denuntiatius ut actu defendat rem denuntiantis *t*):

E 3

hinc

*o*) D. G. STRUBEN *Rechtliche Bedenken*, n. 16,

*p*) l. 75. de procur.

*q*) l. 29. §. 3. de legatis III.

*r*) l. 29. §. f. de evict.

*s*) MEVIVS P. 7. d. 400. P. 8. d. 465,

*t*) de CRAMER *Obl.* 438.



hinc communis est formula petendarum et decernendarum eiusmodi citationum: ad assistendum liti vel euentualiter indemnificandum; quo ipso iurisdictio fundatur Cameralis aduersus denunciatum, ita, vt postea separata actione in foro suo haud sit conueniendus, sed causa principalis et actio ad pretium restituendum simultaneo processu in Camera ventilari possit *u*). Nec pro praxi Camerae litis denuntiatio improbat, licet vel maxime in restitutionis instantia facta. In causa Comitum von der Leyen contra baronem de Weyhers, citationis ex l. si contendat 28. D. de fideiuss. ad deducendum ius suum praetensum &c. per sententiam definitiuam Camerae d. 24. Maii 1779. Comes von der Leyen damnatus est, qui reuisione d. 14. Iul. eiusdem anni interposita, post d. 8. Maii 1780, ob documenta et argumenta nouiter reperta petiit restitutionem in integrum, nec non d. 25. Oct. 1780. citationem ad assistendum liti et euentualiter indemnificandum aduersus baronem Breidbach de Bürresheim, quae quidem d. 8. Nov. 1780. decreta est. Tandem implorans in integrum restitutus est per sententiam de 31. Oct. 1783, condemnato litis denunciato barone de Bürresheim. — In causa appellationis Landgrauii Hassio Homburgensis aduersus monasterium Michaelsteinense definitiuam in Camera imperiali d. 28. Nov. 1783. lata, d. 19. Apr. 1784. imploratio pro restitutione in integrum, nec non

<sup>u)</sup> KNOCH de laudat. auctoris ad praxin Cam. imp. cap. 5. §. 8.



non citatione ad assistendum et euentualiter indemnifandum exhibita et d. 4. Dec. 1784. haec citatio decreta est. — In causa vero baronis de Sickingen contra baronem de St. André speciali ex ratione d. 27. Iun. 1783. Camera ita statuit: „ist die Sache von Amtswegen für beschloßen angenommen, darauf Dr. Rasor sein der restitution halber beschehenes Begehren abgeschlagen, sondern läßt man es bey dem den 23ten Dec. 1762. eröffneten Urtheil lediglich bewenden; Imploranten die Gerichtskosten in dieser Restitutionsinstanz derentwegen aufgelaufen, dem Imploraten nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten fällig ertheilend. Würde hiernächst soviel die Citation ad assistendum betrifft, Dr. Rasors Principal, daß er dem von Venningen die schuldige Denuntiation entweder in der gesetzlichen Zeit gethan, oder es zu thun aus erheblichen Ursachen verhindert worden, oder dazu nicht verbunden gewesen, besser als bisher geschehn, binnen drey Monaten beweisen, so ergeht auch dieserhalb ferner, was Rechtens., — Quandoque litigantes ex officio monentur, ad citationem eorum, quorum interesse potest, rogare, causae iam pendenti ut interueniant, et ius suum deducant. Ita domini aedium, quae vocantur Redoute et Vauxhall, Spadae sitarum, in causa celebri Principis Leodiensis contra Natalem Iosephum Leuoz d. 28. Mart. 1786, in ius a Camera vocati sunt.

OBSER-



## OBSERVATIO VIII.

## Quaedam de reuisione aduersus sententias Camerales.

Reuisionis remedium aduersus sententias a Camera pronuntiatas *v*) fatali quatuor mensium, siue centum et viginti dierum circumscriptum esse, quis est, qui nesciat? Num vero si reuidens *proxime* ante terminum fatalem centum et viginti dierum praeterlapsum reuisionem in Camera introduxerit, reuizio ob talem coarctationem, uti alias appellatio *w*) reiicienda sit, omnino negandum *x*). Ast nouissime Camera imperialis in causa Comitis de Schlit<sup>z</sup> dicti Görtz contra creditores per sententiam d. 7. Apr. 1786 ita iudicauit: „ ist die Namens des Herrn Grafen von Schönborn unterm 6ten März wider die Urtheile vom 10ten Nov. anni praeteriti angezeigte reuision als desert und unstatthaft ( quia sententia simul inhaesua erat ) hiermit verworfen. „

In materialia reuisionis, siue merita causae ipsius reuisionis Camera non inquit, attamen cognoscit, an qualitas causae sit reuisibilis *y*). Si ergo deprehenderit, eam deficere, itaque reui-

*v*) quod natales debet anno 1511. de HARPPRECHT Staatsarchiv. T. 3. p. 107.

*w*) R. I. N. §. 67 et 125, de CRAMER Obf. 5.

*x*) F. W. LANG vom Rechtsmittel der Reuision am C. G. §. 68.

*y*) SCIVM CAMERALE de 1619. Historiam motuum aduersus hoc Sc̄tum energeice tradit G. L. BÖHMER in Electis iur. ciu. T. 2. p. 181.



reuifionem damnauerit, hoc solum effectum liberandi victorem ab onere cautionis habet *z*). Hinc iudicatum in praefata causa Comitum de Görtz d. 23. Iun. 1786. „wird die Namens Herrn Grafen von Schönborn unterm 19. Maii iüngsthin introducirt weitere Reuifion — als ab inhaesiva allerdings unstatthaft, hiermit nochmals lediglich verworfen.„ — Idem contigit in causa von Dürkheim wider Churtrier *a*). — In causa, sponsalia inter Iudaeos celebrata et poenam repudii conuentionalem exortaque damna concernente, reuifio contra sententiam] Cameralem *b*) interposita, per sententiam d. 9. Iun. 1780. „als in dieser Sache unstatthaft, improbata est.

Acrius olim disputatum fuit, si libellus reuifionis intra spatium quadrimestre non productus, nec propter impedimenta legitima debite probata (non sufficiunt *c*) literae aduocati causae) prorogatio petita fuerit, an pars reuifae saltem libello reuiforio praecludenda, vel reuifio pro deserta declaranda sit? Illud rationi legis *d*) et praxi consentaneum esse vide-

*z*) TAFINGER §. 1046. 1047. de CRAMER Wezlar. Beytr. T. I. Nr. 29. 30.

*a*) MOSER deutsches Staatsarchiv. 1754. T. 4. p. 233.

*b*) de BOSTELL Beyträge. T. I. p. 309.

*c*) vti visum L. B. de CRAMER syst. proc. imp. §. 1538. — Decreta communia d. 4. Apr. 1721, §. 19. et 13. Maii, 1785. §. 2.

*d*) LANG cit. I. §. 81.



videtur, sed <sup>hoc</sup> ~~vltimus~~ decreto communi d. 17. Iul. 1760. sancitum fuit. — Hinc in causis von Fürstenberg wider Guntermann, et von Gültlingen wider die Reichsritterchaft in Schwaben Cantons am Kocher reuisio pro deserta declarata est, et quidem in ista causa per sententiam d. 6. Apr. 1770. in hac per sententiam d. 13. Maii 1778. — Singulare est, quod, quum in causa exemptionis der Stadt Gelnhausen wider Churpfalz und Hanau anno 1734 reuisio apud Electorem Treuirensem, quia Moguntinus interuenerat, secundum iussum legum imperii e) interposita esset, Camerae imperii id displicuerit, attamen reuidenti, in integrum restituto, terminum ad introducendam coram Electore Moguntino reuisionem praefinuerit f). — In causa des Klosters Schwarzach wider Herrn Marggrafen von Baaden, e contra reuisione aduersus sententiam d. 24. Nov. 1780. interposita, eius desertionem pars reuisa accusauit, quod reuisio non penes Electorem Treuirensem, sed Moguntinum, litis participem, interposita sit. Camera per sententiam d. 23. Apr. 1781. hanc reuisionem: als in formalibus unbeständig, renuntiauit.

Ab onere cautionis a reuisis g), qui sententiae executionem exoptant, praestanda nequidem ordines imperii, nedum alii

e) R. I. 1594. § 100. R. I. N. §. 125.

f) MOSER deutsche Justizverfassung, T. 2. p. 706.

g) R. I. N. §. 124.



alii bonorum, licet amplissimorum, possessores sunt immunes. Interdum reuisi iubentur docere, bona pro cautione oblata nulli alii pignoris vinculo esse obnoxia, vti iudicatum d. 17. Iulii 1775 in causa der Reichsstadt Reutlingen wider die Binderische Erben. Quandoque si reuifus nihil nisi promiffiones iureiurando firmatas afferat loco cautionis, summa ipsi addicta in loco tuto collocatur, et reuifus vsque ad reuifionis euentum tantum vfuras percipit; ita decreuit Camera d. 10. Nov. 1775. in causa Festerischer Erben contra Marcks. Ceterum an cautio fit sufficiens idoneaque, sola Camera est moderator atque arbiter *h*).

Quod reliquum est, infitias ego non iuerim, vi ac multitudine reuifionum, quae aduersus sententias Camerales interponi solent, et exitu destituuntur, euenire, quae Capitulatione Caesarea l. c. metuit:., daß die Streitigkeiten gar unsterblich und die Iustiz kraftlos werde., An reuifioni praesente uifitatione interpositae effectus suspensiuus concedendus sit, in causa Oettingensi contra ordinem Teutonicum et in causa Vogt von Elspe contra die Gemeine Frickhofen in dubium quidem vocatum, at negatiue decisum est conclusis uifitationis d. 7. Sept. 1767. et 7. Oct. 1768 *i*).

F 2

OBSER-

*h*) CAP. CAESAR. NOV. art. 17. §. 2.

*i*) perill. de-BALEMANN Visitationschlüsse. p. 20, 21.



OBSERVATIO IX.

*Num praescriptio quadraginta annorum litispendentiam  
Cameralem perimat?*

Lex 13. §. I. C. de iud. iubet, omnes lites ultra triennii metas post litem contestatam haud esse protrahendas; id quod sane statutum est, quod nequidem in iudiciis territorialibus, (Friderici II. terras modo exceperis) nedum in Camera imperii ob litium multitudinem et gravitatem, difficilem referendi methodum, aliaque impedimenta, in effectum deduci haud potuit. Eodem modo res sese habet intuitu fatalis finiendae appellationis intra annum a die interpositionis. Clem. 3. de appell. Sed a me impetrare non potui, ut iurem in verba eorum *k*), qui contendunt, praescriptionem quadragenariam contra actiones iam institutas, quae cognitionalia acceperunt certamina, in Camera usu haud vigere, quoniam ratio istius praescriptionis *l*) in negligentia partium, litem coeptam haud prosequentium, posita esset, pro habitu vero Camerae ab arbitrio partium haud penderet, quominus causae decisio procrastinetur vel maturetur. Mihi videtur, rationem eam hodie non cessare in foro nostro, nec a conditione atque statu eius abhorreere; nec praescriptionem illam abrogatam vel correctam in legibus domesticis reperi. Ad impediendam vero praescri-

*k*) de CRAMER obs. 445.

*l*) l. f. C. de praescrip. 30, vel 40. ann. l. I. §. I. C. de annal. exc.



scriptionem litis pendentiae, sapienter et considerate introductam, media litigantibus sunt prodita; scilicet, intra quadraginta annorum spatium simplici tantum vice mediante sic dicto recessu orali iudicis officium pro ferenda sententia implorare haud omittant. Quia enim lites in Camera in longum producuntur tempus, crescit inde partium obligatio, litis decisionem vrgendi. Preces vero istae partium pro acceleranda iustitia non modo a legibus *m*) laudatae, sed et imperatae sunt; quid quod ex O. C. 1500. Tit. 17. elucet, iam a prima Camerae constitutione inde in supremo hoc dicasterio moris fuisse, precibus speciatim in id directis pronuntiationem sententiae rogandi. Si hae preces haud offeruntur, praesumi potest, partes liti renuntiasse, vel amica eam sustulisse conuentione, quod quidem iudici indicandum, ast haud raro negligitur. - - Iam desinam, de hoc themate disserere; perhibeam potius, quae eruditissimus quidam Camerae assessor hac de materia sentit. Gratium lectoribus propositum confido. Accipite ergo orationem hanc praeclaram:

Eben an den Reichsgerichten kann man die Wahrheit und Weisheit des Justinianischen Ausspruchs, quod properandum sit, ne lites fiant immortales et vitae hominum modum excedant, a posteriori wahrnehmen. Denn unter 100 Processen, die im vorigen Jahrhundert hätten entschieden werden sollen, geht jetzt vielleicht nicht ein einziger so aus, als er im vor-

F 3

rigen

*m*) R. I. N., §. 152.



rigen Jahrhundert ausgegangen seyn würde, und meist ist auch die Absicht der Proceß Reassumenten von der ehemaligen Absicht des mit seiner Generation bis ins 3te Glied vermoderten Klägers, der die Sache vor 100 bis 200 Jahren, oder noch länger anhängig machte, himmelweit unterschieden.

Kläger, Beklagte, Zeugen, und andere in actis vorkommende Personen sind von der Schaubühne dieser Welt längst abgetretene Menschen, deren Handlungen, Absichten und Verhältniß nur Richtern, die mit ihnen zugleich lebten, oder doch noch mit andern Menschen lebten, die mit jenen gelebt hatten, ganz klar seyn konnten; worüber aber, bey sonst noch so klaren Acten, nach 3- bis 4mal ausgestorbener menschlicher Gesellschaft, sich immerhin eine Dunkelheit verbreitet, die den Ausgang 3tel mahl mehr problematisch macht, als er es bey einer Sache, quae vitae hominum modum non excessit, gewesen seyn würde. Nicht zu gedenken, daß die Denkungsart der Menschen, mithin auch der Richter, die Verhältnisse, kurz alles in einem Jahrhundert so ändern, daß nichts dem andern mehr ähnlich siehet, ja daß zwischen einem heutigen Deutschen und einem Deutschen aus dem 16ten Jahrhundert, vielleicht ein größerer Unterscheid, als zwischen einem Europäer und einem Japaneser ist; wo doch der Beklagte in einem solchen alten Proceß nach jenen Grundfätzen, Denkungsart und Verhältnissen, die bey Entstehung des Rechtsfreits die Oberhand hatten, nicht aber nach den heutigen gerichtet zu werden verlangen kann. Und so ist möglich, daß durch Entscheidung eines veralteten Processes mehr Unheyl, als durch Zuerkennung eines auch noch so gerechten- bis ins 3te und 4te Glied verschmerzten, jawol vergessenen, Gutes gestiftet werde. Meist sind solche Proceße Speculationen später Nachkommen, die nicht arbeiten wollen, Gold aber nicht machen können, mithin in alten Schriften herum wühlen, ob sie nicht irgend jemand einen Proceß an den Hals werfen können, und dann, wenn sie einen solchen, von ihren Vorfahren derelinqurten, Kameral- Proceß finden, Victoria rufen. Oder es sind Versuche, seine iura gegen seine Nachbarn zu vermehren, wozu ein solcher alter Proceß ein herrliches vehiculum ist. Dies alles sind weit stärkere Gründe, bey dem Buchstaben des Legis vlt. C. de praescript.



script. 30 vel 40. annor. als eines nicht abgeänderten Gesezzes zu bleiben; um so mehr als man nicht wissen kann, ob dergleichen alte Sachen nicht verglichen, die Urkunden aber darüber verlohren gegangen sind. Die Anzeige im Gericht geschiehet nicht immer und ihre Unterlassung hindert wenigstens die aus 40jährigem Stillschweigen des Klägers entspringende Präsumtion der Litisrenunciacion nicht. Ich will nicht behaupten, das diejenige Proceffe, welche fast allgemein von 1630. bis 1714 und 1715, liegen geblieben, per dictam L. vlt. cod. erstorben wären. Denn hievon lieget der Grund in den Kriegen und Staatsrevolutionen, die die Parteyen und das Gericht, das in dieser Zeit einmahl zerstöhret, und wieder einmal ganz unthätig wurde, verhinderten, nicht aber in der Nichtanwendbarkeit des nur in diesem Falle nicht applicablen L. vlt. Cod.; der mithin *wenigstens vom Jahre 1713.* an, wo am Kammergericht Alles wieder ruhig gewesen und geblieben ist, seine Anwendung haben mus,,

## Appendix Sententiarum Cameralium.

### Num. I.

Sententia Cam. 8. Nov. 1779. publicata.

In causa Baronis de *Weichs* impetrantis ex vna contra Baronem de *Collenbach* ex altera partibus, mandati de non trahendo ad tribunal senatus imperii aulici causam in foro Camerae imperialis pendentem atque decisam et ad forum officialis Leodiensis remissam sine clausula.

Supplicam per Doctorem de *Zwierlein* de 11. Octob. nup. extrajudicialiter exhibitam ad acta registrari mandantes, suam ratione mandati arctioris factam petitionem adhuc denegamus; sed Doctori *Gülich* reiectis quibuscunque contra supremam huius Camerae imperialis iurisdictionem *ex ipso legum imperii fundamentalium argumento, ex constanti hactenus praxi, immo et speciali Leodiensium privilegio optime fundatam, obmotis exceptionibus plane irrelevantibus, ad docendum, emanato, insinuato ac reproducto mandato Caesareo per omnia paritum esse, tempus vnus mensis pro termino et prorogatione ex officio praefigimus, sub tali comminatione, nisi ita egerit, quod suus principalis*



palis ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc in poenam dicto mandato insertam declaratus esse debeat; partem ream in expensas in Camerae imperialis iudicio causatas, actori salvo nostro iudiciali moderamine, refundendas condemnantes.

Tandem fiscalem Caesareum casu, quo impetratus per suas sub. et obreptiones *conflictum iurisdictionis ulterius excitare* praesumeret, sui officii admonemus.

*Num. II.*

Sententia Cam. d. 8. Nov. 1782. publ.

In Sachen des Domkapituls zu Hildesheim wider Fürstl. Hildesheimische Regierung und das Amt Steuerwald appellationis.

Ist erkannt, daß appellantishe Fürstliche Regierung bey Durchziehung des Domkapitulischen Amts Marienburg mit oder ohne Bedeckung, auch sonstiger Ausübung blos *landesherrlicher* Befugnissen, appellantisches Domkapitel zu *requiriren* nicht schuldig; demnächst Letzteres künftig zu mehrerem Respekt für seinen Fürsten und Landesherrn anzuweisen, iedoch aber bewandten Umständen nach mit der wegen vereitelter Execution der Neustadt Hildesheim, ihm von Fürstlicher Regierung angezeigten Strafe zu verschonen sey;

Als wir hiermit erkennen, respectiue anweisen und verschonen,

Num.



---

*Num. III.*
**I n S a c h e n**

Des größeren und ansehnlicheren Theils des Stadtraths, wie auch der gesammten Bürgerchaft zu *Aachen*

w i d e r

Die ausgetretene Magistratsglieder, als die beyde Bürgermeister Freyh. Wylre und Brammertz, die Rathsbeamte Bucholtz, Schornenstein, Baldus, Thenen, Schillings, Mons, Weldten, Achten, Adenau, Nicolai.

**Decretum Camerale :**

**I**st das gebetene Mandatum de ad ciuitatem et senatum, sua officia eorumque administrationem redeundo, et posthac imprimis cum magistratu legalem inquisitionem suscipiendo, eaque praeuia, seditiosis poenam infligendo sine clausula, und zugleich Patentes Caesareae cum ordinatione an den noch in *Aachen* anwesenden Magistrat dahin - da denen beeden Burgermeistern Freyh. von Wylre und Brammertz, so wie denen übrigen Magistratspersonen und Beamten, welche sich nach dem 24ten Junii anni curr. aus der Stadt entfernt haben, durch ein heut erkanntes Kaiserliches Mandatum sine claus. geboten worden, sich längstens binnen 14 Tagen nach dessen Insinuation und Publication dieser Kaiserlichen Patentium wieder nach *Aachen* zu schuldiger Verwaltung ihrer Aemter und Verrichtungen zurück zu begeben, man sich auch zu denselben der schleunigst und gehorsamsten Befolgung des Mandats bey der ohnehin bescheinigter maßen nach dem 24ten Junii hergestellten und noch fürwaltenden Ruhe verführe, so werde sowol den noch anwesenden Magistratspersonen als sämtlichen Bürgern und Einfassen zu *Aachen* durch diese Kaiserliche Patentes bey Strafe zwanzig Mark löthigen Golds, auch bey Vermeidung noch schärferen und würckfameren Vorkehrungen anbefohlen, denen

G

Implo-



Imploraten bey ihrer Zurückkunft alle gehörige Achtung, schuldigen Gehorsam und gebührende Folgsamkeit zu erweisen, zugleich dem noch anwesenden Magistrat hiermit ernstlich geboten, nicht nur für die genaueste Befolgung dieser Verfügung bey der Bürgerschaft und den Eingefessenen, sondern auch für die fernere unverlezliche Beybehaltung des Ruhestandes durch unverschiebliche zweckmäßige Vorkehrung zu sorgen, zu diesem Ende sich unaufhaltlich zu versammeln und diese Kayserliche Patentes und Ordination denen zusammen zu berufenden Zunftgenossen publiciren, ihnen die in dem Gaffelbrief de 1450 zu Verhütung aller Unruhen vorgeschriebenen Obliegenheiten nachdrucksamft zu wiederholen, alles verdächtige Zusammenlaufen zu unterlagen, auch diese Kaiserliche Patentes von den Kanzlen verlesen und an den Rathsh. und Zunftstuben und den Thören zu jedermanns Wissenschaft und schuldigen Befolgung affigiren zu lassen, bey verspührender Ohnwürksamkeit seiner Vorkehrungen aber sofort an dieses Kaiserliche Cammergericht zu berichten, als in welchem Falle, so wie bey unverhoffter Nachlässigkeit des Magistrats, für deren Folgen er zu haften hat, in Befolgung dieses ihm geschehenen Auftrags denen ausschreibenden *Herrn Fürsten des Niederrheinisch Westphälischen Kreises* weitere sodann nöthige Maasregeln fürzukehren, aufgetragen werden solle, erkannt, und denen Imploraten eine Frist von 14 Tagen a die infinnuationis mandati et publicationis patentium, um de partitione zu dociren, angefezt, übriges Begehren Doctoris Hert aber noch zur Zeit abgeschlagen, sondern mit implorantische Bürgerschaft vorerst bey dem Magistrat, wenn derselbe durch die abwesende Mitglieder wieder completirt seyn wird, oder nach der diesen ad parendum gefezten Frist die Vollstreckung der Ueberkömme vom 26. und 30ten Junii anni curr. soviel solche die in der Anlage Lit. B. ad supplicam pro mandato enthaltenen Beschwerden und dahin einschlagende Umstände ohne Einmischung anderer, Abwesende sowohl als Anwesende betreffenden separat-Beschuldigungen, als worüber dem Magistrat, *salua appellatione* an die höchsten Reichsgerichte, die Cognition priuative gebühret, angehen, geziemend zu gesinnen, der Magistrat aber die Klägere mit baldiger Resolution zu versehen, vnd wenn dabei Bedenklichkeiten sich ergeben sollten, längstens binnen 14 Tagen



von der Zeit der bürgerlichen Vorstellung an -- an dieses Kaiserliche Cammergericht zu berichten, sonsten aber zu gemeinschaftlicher gütlicher Abhellung würcklicher Beschwerden alles beyzutragen, und diejenige Gravamina worüber sich Magistratus mit den Deputirten in Güte nicht vereinigen kann, mit Beylegung der verschiedenen Meynungen, Gründe und der dazu erforderlichen Belege diesem höchstem Reichsgericht zu obertrichterlicher Entscheidung einzuschicken, angewiesen; denen Imploraten aber *von Nachsuchung nachbarlicher* bey denen für ihre Sicherheit und den Ruhestand getroffenen und ferner zu treffenden Maaßregeln ohnehin unnöthigen *Hülfe, Commissionen und Truppen abzusehen*, und, wenn sie sich von den Imploranten beschwert zu seyn erachten, oder in Zukunft noch beschwert werden sollten, bey diesem Kayserlichen Cammergericht gebührende Remedur zu suchen, und zu gewärtigen, nachdrucksamft anbefohlen. In Consilio 28. Julii 1786.

THESES



---

*T H E S E S.*

---

I.  
*Partus ex sponsa haud legitimus.*

II.  
*Parentes, atque patroni a iuramento calumniae immunes,  
posthabita l. 34. §. 4. de iureiurando.*

III.  
*Infamiam facti Romanos cognitam habuisse, e legibus patet.*

IV.  
*Post litem contestatam reus aequae ac malae fidei possessor  
tenetur.*

V.  
*Actio pignoratitia directa aliquando contra tertium possessorem  
institui potest.*

VI.  
*Testamentum iudici per procuratorem offerri nequit.*

---

*EMENDANDA:*

p. 5. lin. 12. deleatur: excluso senatu imp. aulico.


---




Göttingen, Diss., 1786+87









Farbkarte #13

B.I.G.

1786, 2/190 2

OBSERVATIONES QVAEDAM IVRIS  
ET PROCESSVS  
CAMERAE IMPERIALIS

140

QVAS  
CONSENSV ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS  
SVMMAE IN IVRE DIGNITATIS  
IMPETRANDAE CAUSA  
ERVDITORVM DISQVITIONI  
DIE XVI. OCTOBRIS MDCCLXXXVI

OFFERT  
FRIDERICVS GVILIELMVS HOFMANN  
WEZLARIENSIS

GOETTINGAE  
Litteris IOHANN. ALBR. BARMEIERI  
ACAD. TYPOGR.